Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25953
Copyright: Admont, Benediktinerstift

se manus persequentium temporaliter permisit. Quod aperte dns
beato Iob indicat dicens. Numquid capies leuiathan hamo? Pleu
rathan quippe quod addramentum coercere: certus ille deuorator
humani generis designatur. qui dum se diuinitate homini ad
dere spopondit. immortalitate sustulit. Sui prouaricationis
quoque culpam qua primo homini propinauit dum se sequen
tibus pessima persuasione multiplicat. penas eis sine cessatio
ne conferuit. In hamo autem esca ostenditur. aculeus occultatur.
Hunc igitur pater omnipotens hamo cepit. quia ad mortem illius unigeni
tum filium in carnatum misit. in quo et caro passibilis uideri
potest. Sed et diuinitas impassibilis uideri non posset. Cumque
uius in eo serpens iste per manus persequentium esca corpo
ris momordit. diuinitatis illius aculeus perforauit. Prius tamen in
miraculis dum cognouerat. fide de cognitione sua ad dubita
tionem cecidit. quando hunc impassibilem uidit. Quasi ha
mo igitur fauces gluttientis tenuit. dum in illo esca carnis patuit
qua deuorator appetitum. et diuinitas passionis tempore
latuit que necaret. In hamo igitur ei incarnationis captus est. quia
dum in illo appetit escam corporis transfixus est aculeo diui
nitatis. Ibi quippe incitat humanitas que ad se deuoratorem
ducebat. ibi diuinitas que perforabat. ibi aperta infirmitas que
prouocabat. ibi occulta uirtus que raptoris fauces transfige
ret. In hamo igitur captus est. quia inde interit unde momor
dit. et quos iure tenebat mortales perdidit. quia eum in quo
ius habuit morte appetiuit immortalem presumpsit. Hinc
est etiam quod hec ipsa de qua loquimur maria uiuit. quia